Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40551
Copyright: Melk, Benediktinerstift



83

egerit. modeo in manus dei stetimus magnitudine eius
Diverte a malo et fac bonum. inquire pace et sequere eam.
sicut scriptum est. obmutui mala. et ecce bona. Sic ergo
dignos fructus penitentie. et ne dicas peccavi. et quid accidit
michi triste? Ne adicias peccatum super peccatum. et dicas. miserere
deus magna tua. Ortio autem quo mea et ira ab illo est
Venite ad dominum. et plange dicendo. Tibi soli peccavi et
malum coram te feci. delicta iuventutis et ignorancie mee
ne memineris domine. Ne avertas faciem tuam a me. ne de-
clines in ira a servo tuo. Adiutor meus esto ne delinquas
me. neque despicias me deus salutaris meus. Ne projicias
me a facie tua. et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Sana
animam meam quia peccavi tibi. Libera me de ore leonis. Averte
oculos meos ne videant vanitatem. Illumina vultum tuum
super servum tuum. et salvum me fac in misericordia tua. Adhesi testi-
moniis tuis domine. noli me confundere. Ne tradideris me in
manus persequentium me. Custodi me domine ut pupillam oculi
sub umbra alarum tuarum protege me. Peccatum meum cognitum tibi
feci. et iniustitiam meam non abscondi. Confitebor tibi
domine deus meus in toto corde meo. Quoniam exaudisti verba
mea et clamor meus ad te veniat. Ne avertas faciem
tuam a me. in quacumque die tribulor inclina ad me aurem
tuam. in quacumque die invocaverio te velociter exaudi me.
Fac mecum signum deus in bonum. ut videant qui me oderunt
et confundantur. Demitte michi domine ut refugerem. priusquam
abeam. et amplius non ero. Ecce primum hominis humiliantur
se. et nunquam non veniam habebit. qui talia ingemiscit.
Nunquam non audiat illum et moneatur. Quoniam qui se hu-
miliat exaltabitur. et qui se exaltat humiliabitur. Quid
gloriaris in malicia. qui potens es in iniquitate. Aequum
est te non venere. quam venere et non fare. Penitentie
te dicis. et carnis libidine delectaris. Pecta tua non desinunt
ambulare. et tu dicis quo redeant. Peccatori autem dixit
deus. quare tu enarras iustitias meas. et assumis tes-
tamentum meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam. et projecisti
sermones meos post te. Si videbas furem simul currebas
cum eo. et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abu-
ndavit ~~malicia~~ nequicia. et lingua tua coniunxit dolos